

Disco Hoofdstuk 5 – Extra teksten

1. Sanctus Nicolaus

In Olympo Sanctus Nicolaus diu cogitat et tandem consilium capit: Lugdunum adire cupit. Ibi enim magistra cara et pulchra habitat. Ea discipulos curat, ut mater liberos curat. Eos per annum iuvare temptat; nec eos laedit nec terret nec protegere dubitat. Discipuli - pueri et puellae - eam non timent, sed etiam colunt.

Numquam discipuli ei non parent et semper eam aliis magistris praeferunt.

Ideo Nicolaus per noctem obscuram Lugdunum venit et magistram vocat.

Magistra senem audit et ei ianuam aperit et rogat:

“Quis tu es, senex? Cur me vocas?”

Nicolaus eam videt et nihil iam dicere audet, nam statim feminam pulchram amat:

“Ego ... ego ... Sanctus Nicolaus sum et ... eh ... tibi praemium dare cupio, nam magistra pulchra ... eh ... cara es! Quid optas?”

Tum magistra non dubitat, sed statim ei respondet:

“Me in deam muta et inter deos recipe. Id praefero praemio!”

Simul optata eveniunt. Lugduni autem discipuli lacrimant: nunc eis magistra nova et odiosa est!

Nicolaum rogant: “Nobis magistram caram redde, o Sancte!”, sed frustra:

ea nunc dea est, et in Olympo inter deos et deas vivit.



Woordjes:

Sanctus Nicolaus	= de Heilige Nicolaas > Sinterklaas
Lugdunum	= naar Leiden
magistra	= lerares
carus, cara	= lief
pulcher, pulchra	= knap, mooi
discipulus	= leerling
ut	= zoals
alius, aliis	= ander
ianua	= deur
nihil	= niets
id	= dit
optatum	= wens
Lugduni	= in Leiden
novus, nova	= nieuw
odiosus, odiosa	= onaardig

2. De woede van Latona

Latona exclamat: “Apollo et Diana, iuvate me, nam feminae me non iam colunt. Reginam mihi praeferunt et mihi sacra dare desinunt. Quid nunc facere possum? Quid mihi suadetis?”

Apollo ei respondet: “O mater, Niobe tibi nocet, cum sacra recipere cupit, et te laedit, cum feminae eam praeferunt. Deinde Niobe etiam dicit ‘*Latona orba est!*’

Consilium mihi est: ego et soror tela nostra capimus et liberos Niobes necamus, ego septem pueros et septem puellas soror.”

Statim Apollo et Diana tela legunt et, cum Thebas adeunt, ibi Nioben inter liberos ante templum vident.

Apollo septem tela capit et simul in filios mittit. Ei iam cadunt, dum exclamant: “Sorores, fugere temptate!”, nam Dianam iam tela capere vident.

Latona id quoque videt et lacrimat: “Diana, parce eis et me neca: filias meae vitae praefero!”, sed frustra clamat. Diana eam ridet et puellas necat et Latonae nullam filiam relinquit.

Woordjes:

orba	= kinderloos
nostra	= onze (bezit.v.n.w.)
Niobes	= van Niobe
Thebae (mv.)	= Thebe
Nioben	: <i>acc. van Niobe</i>
id	= dit, het
meae	= mijn, mijn eigen
nullam	= geen



Welke zijn past het beste bij de (hier niet beschreven) afloop van het verhaal?

- Dei Nioben et liberos paulatim in saxum mutant.
- Niobe nunc saxum est et etiam ‘lacrimare’ potest.
- Latona Niobae parcat, nam avus eius Iupiter est.

Niobae: dativus van Niobe / eius = van haar